



CARMEN LXX

DE INCONSTANCIA FEMINEI AMORIS



Nulli se dicit mulier mea nubere malle
 Quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.
 Dicit: sed mulier Cupido quod dicit amanti,
 In vento et rapida acribere oportet aqua.



ODA LXX

DE LA INCONSTANCIA DE LA MUJER



No amar á nadie como á mí me ofrece,
 No ceder ni aun de Jove á los deseos;
 Mas las promesas de mujer se escriben
 Sobre el agua que corre y sobre el viento.





CARMEN LXXI

AD VIRRONEM

Si quoi, Virro, bono sacer alarum obstitit hircus,
 Aut si quam merito tarda podagra secat,
 Aemulus iste tuus, qui vestrum exercet amorem,
 Mirifice est a te nactus utrunque malum.
 Nam quotiens futuit, totiens ulciscitur ambos:
 Illam affligit odore, ipse perit podagra.



ODA LXXI

A VIRRO

Si en la axila abrigar hediondo chivo
 Ó la gota tener alguien merece,
 Es, Virro, tu rival, que entrambos males
 Porque á tu amante te sedujo, tiene.
 Mas tu venganza es doble cuando se unen,
 Que si él muere de gota, ella de peste.



CARMEN LXXII

AD LESBIAM



Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
 Lesbia, nec prae me velle tenere Iovem.
 Dilexi tum te non tantum ut vulgus amicam,
 Sed pater ut gnatos diligit et generos.
 Nunc te cognovi: quare etsi impensius uror,
 Multo mei tamen es vilior et levior.
 Qui potis est? inquis. Quod amantem iniuria talis
 Cogit amare magis, sed bene velle minus.



ODA LXXII

A LESBIA



Amar sólo á Catulo me ofreciste
 Y aun á Jove dejar por mis caricias;
 Y cual padre á sus hijos te amé entonces,
 No como se ama á una vulgar amiga.
 Mas ya hoy te conocí, y aunque más te amo,
 De mi amor por mudable eres indigna.
 ¿Cómo puede ser esto? dirás, Lesbia;
 Porque es tal ya conmigo tu perfidia,
 Que aunque un amor más grande te profese,
 Tengo en cambio por ti menor estima.



CARMEN LXXIII

IN INGRATUM



Desine de quoquam quisquam bene velle mereri,
 Aut aliquem fieri posse putare pium.
 Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne
 Prodest, immo etiam taedet obestque magis;
 Ut mihi, quem nemo gravius nec acerbius urget,
 Quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.



ODA LXXIII

CONTRA UN INGRATO



Deja de hacer el bien, ó ya no esperes
 Que alguien pueda juzgarse agradecido.
 Ingratos todos son; el bien no es útil,
 Porque cansa y ofende recibirlo.
 Nadie á mí me persigue con más saña
 Que quien en mí encontró su único amigo.





CARMEN LXXIV

IN GELLIUM



Gellius audierat patrum obiurgare solere,
 Siquis delicias diceret aut faceret.
 Hoc ne ipsi accideret, patrum perdepsit ipsam
 Uxorem et patrum reddidit Harpocratem.
 Quod voluit fecit: nam, quamvis irrumet ipsum
 Nunc patrum, verbum non faciet patruus.



ODA LXXIV

CONTRA GELIO



Oyó Gelio á su tío refir siempre
 Á aquél que habló ú obró cual libertino;
 Y él, huyendo el sermón, burló á su esposa,
 Y en Harpocrates convirtió á su tío.
 Logró él su plan; que el tío deshonado
 Ni una palabra de censura dijo.





CARMEN LXXV

AD LESBIAM

Huc est mens deducta tua, mea Lesbia, culpa,
 Atque ita se officio perdidit ipsa suo,
 Ut iam nec bene velle queat tibi, si optima fias,
 Nec desistere amare, omnia si facias.

—◆—



ODA LXXV

A LESBIA

Mira, Lesbia, tus culpas do me arrastran,
 Porque perdí la fe con que te adoro,
 Que ni puedo estimarte aunque al bien vuelvas,
 Ni dejar de quererte aunque hagas todo.

—◆—



CARMEN LXXVI

AD SE IPSUM



Siqua recordanti benefacta priora voluptas
 Est homini, cum se cogitat esse pium,
 Nec sanctam violasse fidem, nec foedere in ullo
 Divum ad fallendos numine abusum homines,
 Multa parata manent in longa aetate, Catulle,
 Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
 Nam quaecunque homines bene cuiquam aut dicere possunt
 Aut facere, haec a te dictaque factaque sunt,
 Omnia quae ingratae perierunt credita menti.
 Quare iam te cur amplius excrucies?



ODA LXXVI

A SÍ MISMO



Si de los beneficios hechos antes
 Á los hombres son gratos los recuerdos,
 Si nunca ha de violarse la fe santa
 Ni faltarse jamás á un juramento,
 Catulo, aun muchas dichas te reserva
 Este amor que es la causa de tus duelos.
 Si cuanto bien decir ó hacerse puede
 Ya lo dijiste tú, ya tú lo has hecho,
 Aunque en vano por Lesbia que hoy te olvida,
 ¿Para qué torturarte por más tiempo?

Quin tu animo offirmas atque istinc te ipse reducis,
 Et deis invitis desinis esse miser?
 Difficile est longum subito deponere amorem.
 Difficile est, verum hoc qua lubet efficias:
 Una salus haec est, hoc est tibi pervincendum,
 Hoc facias, sive id non pote sive pote.
 O dii, si vestrum est misereri, aut si quibus unquam
 Extremam iam ipsa in morte tulistis opem,
 Me miserum aspicate et, si vitam puriter egi,
 Eripite hanc pestem perniciemque mihi,
 Sei mihi surrepens imos ut torpor in artus
 Expulit ex omni pectore laetities.
 Non iam illud quaero, contra ut me diligit illa,
 Aut, quod non potis est, esse pudica velit:
 Ipse valere opto et tetrum hunc deponere morbum.
 O dii, reddite mi hoc pro pietate mea.

Renunciar á este amor tú mismo debes;
 Hazlo ya, de los dioses á despecho.
 Dejar viejos amores es difícil;
 Difícil es; mas es preciso hacerlo.
 Si esa es tu salvación, llévalo á cabo,
 Ora puedas ó no cumplir tu intento.
 Si, ¡oh Dioses! sois piadosos, si la muerte
 No dais á quien la espera satisfecho,
 De mí compadeceos y arracadme,
 Si mi vida fué buena, el mal funesto,
 Que entra como un letargo entre mis venas
 Y las dichas arroja de mi pecho;
 Ya no quiero que me ame, ni que honesta,
 Porque imposible es ya, sea de nuevo.
 De mi piedad en cambio, dadme, ¡oh dioses!
 Curarme de este mal que es lo que anhelo.



CARMEN LXXVII

AD RUFUM



Rufe mihi frustra ac nequicquam credite amico
 (Frustra? immo magno cum pretio atque malo),
 Siccine subrepsti mei, atque intestina perurens
 Hei misero eripuisti omnia nostra bona?
 Eripuisti, heu heu nostrae crudele venenum
 Vitae, heu heu nostrae pectus amicitiae.
 Sed nunc id doleo, quod purae pura puellae
 Savia conminxit spurca saliva tua.
 Verum id non impune feres: nam te omnia saecula
 Noscent, et qui sis fama loquetur anus.



ODA LXXVII

A RUFO



¡Oh Rufo! en vano en tu amistad creyera!
 En vano, no; que fué con daño grave.
 ¿Así te deslizaste entre mi pecho
 Y ¡ay! ¡miseró! mi bien me arrebataste?
 ¡Oh cruel veneno el de la vida mía!
 ¡Oh qué amistad la tuya abominable!
 Y lo que duele es que los dulces labios
 Hoy de mi niña tu saliva manche;
 Mas no impune estarás, que lo que tú eres,
 La fama ha de decir á las edades.



CARMEN LXXVIII

DE GALLO



Gallus habet fratres, quorum est lepidissima coniunx
Alterius, lepidus filius alterius.

Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores,
Cum puero ut bello bella puella cubet.

Gallus homo est stultus, nec se videt esse maritum,
Qui patruus patrum monstret adulterium.



ODA LXXVIII



ACERCA DE GALO



Galo tiene dos hermanos:
Hijo hermoso el uno tiene,
Mujer bellísima el otro;
Galo es un hombre clemente
Y une sus dulces amores
Para que juntos se acuesten.
No ve que es marido y tío
Galo, que es hombre inocente,
Y á ser adúltero enseña
Con su tío á aquel imberbe.



CARMEN LXXIX

—

IN LESBIUM

Lesbius est pulcer; quid ni? quem Lesbia malit
 Quam te cum tota gente, Catulle, tua.
 Sed tamen hic pulcer vendat cum gente Catullum,
 Si tria natorum savia reppererit.

—◆—



ODA LXXIX

—

CONTRA LESBIO

¿Lesbio es hermoso, por qué á ti, Catulo,
 Y á los tuyos, tu Lesbia lo prefiere?
 Mas á Catulo y á los suyos venda
 Si él encuentra tres gentes que lo besen.

—◆—



CARMEN LXXX

AD GELLIUM



Quid dicam, Gelli, quare rosea ista labella
 Hiberna fiant candidiora nive,
 Mane domo cum exis et cum te octava quiete
 E molli longo suscitatur hora die?
 Nescio quid certe est: an vere fama susurrat
 Grandia te medii tenta vorare viri?
 Sic certe est: clamant Victoris rupta miselli
 Illa, et emulso labra notata sero.



ODA LXXX

A GELIO



¿Por qué tus labios de color de rosa,
 Gelio, se ven más blancos que la nieve,
 Si la hora octava del estivo día
 Te arranca á ti de tu descanso muelle?
 Lo ignoro: ¿mas la fama no susurra
 Que tú vas á buscar torpes placeres?
 De Victor lo agotado y de tus labios
 Las huellas lo proclaman ciertamente.



CARMEN LXXXI

AD IUVENTIUM



Nemone in tanto potuit populo esse Iuventi,
 Bellus homo, quem tu diligere inciperes,
 Praeterquam iste tuus moribunda a sede Pisauri
 Hospes inaurata pallidior statua,
 Qui tibi nunc cordi est, quem tu praeponere nobis
 Audes, et nescis quod facinus facias.



ODA LXXXI

A JUVENCIO



¿Entre todo ese pueblo no hallarías
 Para darle tu amor un hombre bello
 En lugar de ese huésped de Pisauro
 Más que estatua dorada, amarillento,
 Á quien amas y á todos le prefieres?
 No sabes el mal que haces, ¡oh Juvencio!





CARMEN LXXXII

AD QUINTIUM

Quinti, si tibi vis oculos debere Catullum
 Aut aliud si quid carius est oculis,
 Eripere ei noli, multo quod carius illi
 Est oculis seu quid carius est oculis.



ODA LXXXII

A QUINTIO

Si los ojos Catulo ha de deberte
 Ó algo más caro que sus ojos, Quintio,
 No le quieras quitar lo que es más caro
 Que los ojos, si hay algo más querido.

